

Werk

Titel: Ad Emin. et Rev. principem Carolvm S. R. E. Card. Rossettv[m] Episcopvm faventinv

Jahr: 1646

Kollektion: Zoologica

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN367611805

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611805>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611805>

LOG Id: LOG_0226

LOG Titel: De Pico Viridi Maiori sive de Pico Maximo Bellonij. Cap. XXXVI.

LOG Typ: chapter

Übergeordnetes Werk

Werk Id: PPN367611716

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611716>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611716>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

FORMA. DESCRIPTIO.

a Hist. c. 3.
Magnitudo
Rostrum.
Caput.

Oculi.

Dorsum.
Ala.
Propygiæ.

Aristoteles *αολὸν* Turturam magnitudine ferè æquare dixit, quæ nota Pico huic egregiè conuenit Tota avis enim à principio rostri ad caudæ extremitatem vsque commensurata quatuor palmos, & amplius longa est, crassa verò palmum. Rostrum nigrum, durum, robustum, acutum, duos digitos longum. Caput crassiusculum in superiori parte ex maculis partim rubeis seu minaceis, partim etiam nigricantibus variegatum. Oculos alia quædam macula nigra ambit, sub qua rubræ illæ maculæ superioribus correspondentes, pallidiores sunt Dorsum, & alæ virides cum luteo tamen intermixto. Propygium omnino luteum est, & ferè coloris palearis sed non ita micantis. Mentum, pectus, venter, crura pallidè virent, adeo vt ex albo, & viridi permisceri videantur. Pedes, eorumq. digiti, & ungues nigri. Fæmina mare in omnibus pallidior est: cætera simillima.

VOLATVS. PRÆSAGIA.

Nvllam vsquam arborem tam altam dari volunt, quam Pico iste volatu suo trajicere nequeat. Ornithologus quendam ab eo, quòd Aprilis mense apud Germanos clamatam audiisset, hyemem adhuc mutendam præsaigijsse memorat. Acritate enim eum sicre aiunt.

M E D I C A.

Pici viridis ossum
vjus.

Ornithologus in quodam Germanico libro manuscripto eiusmodi remedium ad calculum renum reperisse scribit. Ossa Pici viridis in pollinem redacta, vbi primùm totta fuerint, vel vsta, poculo, è quo vinum album bibet, ægrotus, immittito.

DE PICO LVTEO CYANOPODE.

Perfico. Cap. XXXV.



ANCCE avem à Tartaglino Veneto, apud quem plurima exotica animalia depicta vidi, mihi communicatam, ex primo intuitu ex pedum constitutione, & rostri figura e Picorum genere iudicavi. Magnitudine à superiori nihil propemodum differt, caput tamen, & collum crassius, & rostrum prolixius obtinet. Pennæ à medio vertice ad extremum caudæ vsque aliquid ferruginei habent, rostrum verò omnino ferrugineum. Pedes subcærulei, ungues nigri, cætera lutea, nisi quod alarum pennæ omnes in extremo quodammodo ad ferrugineum vergerent, & circum oculos macula eiusdem coloris ambiret. Exoticam avem esse, & Persiam eam dare idem vir dicebat: quare Picum luteum cyanopodem Perficum appellare placuit. Quæ si Gazæ cognita fuisset, iure merito pro *χλωρος* luteum traducere potuisset.

DE PICO VIRIDI MAIORI SIVE
de Pico Maximo Bellonij. Cap. XXXVI.

a Lib. 6. de
Aurb. c. 15.



Bellonius quandam avem Picum viridem vocat, quam, vt antea etiam admouij pro tertio Aristotelis genere nobis obtrudit, quoniam nostrate Pico viridi longè maior sit. Rostrum ei tribuit incuruum, (rectum est in omni Picorum genere) pedes ab similitudinem aliorum, binos nempe in anteriori, totidem in posteriori parte obtinentes: varias deniq. maculas in alis, quales in alijs etiam conspiciuntur, sed colore differentes. Hæc ille de illa ave tradit, sed iconem non exprimit.



PICVS LVTEVS CYANOPOS PERSICVS S.



DE PICO MVRARIO. Cap. XXXVII.

SYNONIMA.



Viculam hanc in agro Bononiensi satis obuiam recentiores Picum murarium si-
ue muralem nominant, quoniam vt Pici arboribus, ita hæc muris omnibus, tur-
rium verò maximè adhareat, vermiculosq. in eorum rimis quærat, vnde bruma
li tempore in vrribus sæpe conspicitur. Germani Murspecht vocant, & Klæ-
tenspecht, Galli Pic de muraille, & Pic de Auvergne quasi Picum Auerniensem,
vnde & Bellonius Aucrniæ propriam auè existimauit; & Fernies necnò etiam Eschellette, quæ a lib. 6. ca.
tamen nomenclatura postrema Picorum viridium propria est. Itali generali voce Pico vel pic 16. de An.
chio; Sabaudi circa Neocomum Pitschar.

Etymum.

PICVS